sanguinis non sequatur. Certificamus insuper VV. DD. Nos procuraturos adducere in amicitiam Turci: cum Imperatorem, et Krimensem Sultanum. Hoc dum differimus responsum expectamus, salutem bonam optamus et amicitiæ, ac beneuolentiæ commendamus. Datum in loco Congressus Legatorũ Andrusouiæ 31. Martij 1669.
Sequuntur subscriptiones Commissariorum.

Responsum Dorosenko ad Commissarios Polonos supradictos.

Ser.mi Michaelis Dei gra Poloniæ Regis, Ordinumq Reip. Poloniæ, et M. D. Lith. &c Omnibus plenæ potestatis legatis et Commissarijs &c ut supra. Petrus Dorosenko Gnalissimus cum Exercitu Zaporosiensi post commendationem obsequiorum. Significamus redditas esse litras VV. DD. directas ad Nos, tam militares quam spuales et seculares personas in VKraina degentes, ut Nos nihil dubitando de misericordia, et gratia DD. Monarcharũ Christianorũ, hoc est Regis Ser.mi, et Ser.mæ Cesareæ magnitudinis, accedamus à protectione aliorum Monarcharũ, potius legatos pro Comitijs Coronationis mittamus; Item missis, ut assideamus huic Commissioni ratione tractatuum et pacificandæ Religionis Grecæ Exercituum Zaporosiensium, et Gentis Ruthenæ. Plane beneuolentiã VV. DD. grato accepitantes corde et beneuolentiã, ac gratitudine, Jam expediuimus pro Coronatione Legatos, necdum expediti ob